



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Admodum Reverendi Domini Prioris, & Religiosorum
Abbatiæ Affligeniensis in Prioratu Wavriensi commorantium.


urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

F. Anselmus de Pestere.

F. Bernardus Verspecht.

Actum in Capitulo Affligheniensi 8. Novembris 1718. sic est quod attestor.

F. Æmilianus de Wyse Scriba Capituli.



EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religiosorum Abbatiae Affligenien-
sis in Prioratu Wavriensi commoran-
tium.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine

NOs Prior, & cæteri Religiosi Affligenenses Ordinis Sancti Benedicti in Prioratu Bass-Wavriensi residentes, concordantes Confratribus nostris Affligeniensibus, ut manifesta sit debita, & omnimoda Nostra reverentia, & obedientia erga Sanctam Sedem, & Summum Christi in Terris Vicarium (per cuius os Dominus locutus est & ex quo infallibiles morum, doctrinæque Regulas omni submissione suscipimus) declaramus, Nos Constitutionem Sanctissimi Patris Nostri, quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius* ambabus ulnis, corde, & animo amplexari, & Epistolæ Pastorali tantis zelo, religione, & sapientia ab Excellentia Vestra emanata, profundissimâ veneratione subscribere, protestantes nullam Nos communionem velle cum Ecclesiæ Capiti perduellibus, donec resipiscant, & præfatæ Constitutioni omnimodè, & absquè furo se subjiciant, potestati à Deo constitutæ non

non resistentes, & nefando Schismate Jesu Christi
Tunicam scindere abstineant, in quem finem pre-
ces, Sacrificiaque Nostra omnipotenti Deo (qui
potens est Rebelles etiam Hominum ad se propi-
tius convertere voluntates) offerre non cessamus.
Patere Excellentissime, ac Reverendissime Do-
mine, ut hanc nostram submissionem haccce decla-
ratione Excellentiae Vestrae manifestemus, rogan-
tes vitæ, necisque Dominum, ut Excellentiam
Vestram Ecclesiæ, & Nobis quam diutissimè sof-
pitet, & incolumem servet. Sic voentes profundâ
humilitate subscribimus. Datum in Prioratu No-
stro Bass-Wavriensi hac vigesimâ Decembri anni
1718.

F. Robertus Van Velde Prior Bass-Wavriens.
F. Beda Geldens.
F. Anthonius Jouvineau.
F. Carolus de Ruddere.
F. Augustinus de Cormette.
F. Ildephonsus Van Rossem.

EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Admodum Reverendi Domini Prioris,
& Religiosi Abbatiae Affligeniensis in
Prioratu Bornhemensi commoran-
tium.*

Excellentissime, ac Reverendissime Domine
Nos Religiosi Affligenenses Ordinis Sancti Be-
nedicti in Prioratu Bornhemensi residentes,
conformes Confratribus nostris Affligeniensibus,
ut